



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Mysticvm Heliotropivm Hoc Est Selectæ Industriæ Ad Unionem Cum Deo consequendam

Gianotti, Alfonso

Ingolstadii, 1658

Industria V. Conformitatis voluntatis nostræ cum divina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51801)

INDUSTRIA V.

Conformitatis.

Quinta industria, filia precedentis est, si enim DEUS noster omnibus creaturis intimè presens est, ipsisq; impertit omnibus, ut sint. possint, ac operentur, & hoc quidem agit proposito altissimo fine maioris gloriæ suæ & commodi tui (præsertim si illius amorem in te procures) consequens est, omnia quæcunque tibi aliisve in bonis animæ vel corporis vel fortune eveniunt (prospera sint si-ve adversa) tanquam de manu DEI tui præsentis prædicè accipienda esse, cum magna gratiarum actione & voluntatis tuæ cum di-

vina conformitate, non aliter
quàm si diviso suo ore tibi loquen-
tem audires (charissime fili mi
ego Pater tuus, qui infinita sa-
pientiâ meâ, quod tibi aliisque
conducentius est, optimè per-
spicio; & quia infinito amore
vos prosequor, ideò hoc tibi
aliisque servis meis evenire vo-
lo: ego hoc vel illud tibi vel
alteri evenire volui, aut peti-
misi, tu ergo convenienter tuae
obligationi cogita, hæc omnia
esse bona imò optima, & de
meo beneplacito, meâque vo-
luntate gaude, &c.) atque in
fieri non poterit, quin in illa man-
sueti tibi verba prorumpas: sicut
Domino placuit, ita factum
est.

est. Sit nomen Domini benedictum. Non sicut ego volo, sed sicut tu, fiat voluntas tua!

COLLOQVIVM V.

Domine, tu tantæ Bonitatis es, ut mediante quâdam continuâ pacis tranquillitate cordisque hilaritate velles me ad cælum promovere, & , ut ita dicam , mediante quodam semiparadiso gratiæ & meritorum promanantium ex semper jucundissimâ conformitate animæ cum divinâ tuâ voluntate, me cuperes in Paradisum gloriæ tuæ pertrahere; & ego ita amens sum, ut potius eligam veram internâ quie.

quietem magnâ cum meriti-
cturâ perdere, non respicient
sanctam manum tuam, quæ
nos percutit aut sanat, quæ
largitur aut tollit, quàm ut re-
verenter versùs illam me incli-
nans, eamque exosculans cum
lætitia animi mei me totû tra-
dam charitati, quam illa tra-
ctat ac offert.

Ita est Domine, ita est, tu
æterno omnia futura ac possi-
bilia prævidens, per sapientis-
sima decreta tua non solum
præfixisti creaturis tuis (præ-
sertim ratione præditis, utpo-
te amoris ac fruitionis divina
maiestatis tuæ capacibus) de-
terminatos fines, verùm etiam
media

media proportionata, quibus
ad eos perducerentur, ordinâ-
ti, licet multum forsitan ab
exili & curtâ intellectûs nostri
perspicaciâ remota.

Tu in creato hoc Mundi Vni-
verso, velut principium omnis
existentiæ & operationis crea-
turarum tuarum exequeris æ-
terna tua decreta, non solum
immediatè operando id, quod
omnes creaturæ tuæ operantur
(excepto peccato, quod, sicut
essentialiter malum, ita impos-
sibile est à summo & essentiali
Bono provenire) in seipsis &
erga alias, sed admirabili quâ-
dam & inscrutabili sapientiâ
dirigens omnia, per media vi-
ásque

ásque diversas ad fines suos
semper ad maiorem tuam gl
riam scilicet, nostrúmque con
modum (si ex parte nostra
desimus) quia infinitæ Pot
tiæ, Sapientiæ ac Bonitati
ita congruum ac conveni
est.

Sed heu me infelicem !
quia ea, quæ facis, non sem
regulis & dictaminibus ca
ignorantiæ meæ, amorisque
proprij, & rerum mundana
concordant, tam citò om
dispositio tua displicet,
quòd scilicet sensibus & con
moditatibus meis non fa
Si febris me adoritur, si dol
me pungit, si commodum a
quor

quod temporale in bonis fortunæ aut honoris speratum non advenit, aut ubi advenit, de-
nuò aufertur, si vel verbum paulò asperius ad aures per-
tingit meas, tunc duplici modo affligor, dolore scilicet corporis, & animi mœrore; nec mirum; siquidem instar canis à proiecto lapide percussi totum me ad saxum converto, non ad manum nec ad cor respiciens, quod omnia in me, aliisque operatur, quòdque tu es præsentissimus & amantissimus Pater, mi DEVS, qui eodem ardentissimæ tuæ charitatis igne tela æqualiter paras, quibus feris & castigas nos filios

lios tuos, simulque cibos preparas ac condis, quibus non largè reficis.

Ineamus ergò, O mi Dedit & amor meus, nova inter nos pacta; Tu ignosce mihi (quod spero) plurimos errores meos quos commisi tantis cum impensis afflictionis animi & meritorum jacturá, dum non agnovi notitiá practicá omnia, prospera & adversa, de tua, quæ errare non novit, semper amante ac paterna Providentia, mihi vel alijs immissa; & ego seriò & animè propono cum gratia tua deinceps acceptare quasi donum manus & eharitatis tuæ, quid quid

quid eveniet, licet asperum sit
& appetitui meo contrarium,
probè sciens, nec matrem,
quando filium ablaetat, nec
chirurgum, dum membrum
putridum infirmo refecat, pro-
pterea ab amando cessare.

Volo (mi DEVS) ut mea
voluntas tua sit, ut quidquid
tu vis, ego velim, nec aliud
velle possim, quàm quod tu
vis, meam voluntatem in tuam
transformando.

Sit cælum serenum aut tur-
bidū, aër tranquillus aut ven-
tis concitatus, terra sterilis aut
fœcunda, messis modica aut
abundans, mare quietum aut
tempestuosum; regna pace
quieta,

quieta, aut bello turbulenta,
denique siue prospera siue ad-
versa mihi vel alijs contingant,
omnia mihi placere & accepta
esse volo, quia omnia facta
data sunt à divina tua manu
permissa & directa ab Infinita
Sapientia, quæ ab æterno patre
expendit, quàm ea faceret, vel
daret.

Sive sanum siue infirmum
me velis, contentus sum; si
pauperè siue divitem, in utro-
que acquiesco, si doloribus op-
pressum, afflictum, benedictæ
sint dolores, benedictæ afflic-
tiones; si mortuum quoque
me velis, & hoc volo, & idem
solùm, quia tu hoc vis; si con-

sola

solationibus me recreabis ;
summa mea consolatio erit,
quòd illas à te accipiam ; si vi-
tam dabis, amo beneplacitum
tuum in illâ mihi concedendâ,
& si mortuum in cælum quo-
que recipies, volo, ut Summa
gloriæ meæ in eo consistat,
quòd tu hoc velis ; quòd tibi
hoc placeat,

O mi DEVS summa & vera
regula omnis rectæ voluntatis,
da mihi gratiam, ut unâ cum
omnibus creaturis tuis, totum
me proijciam in sinum plûs
quàm maternum, amantissi-
mæ tuæ Providentiæ, ut id so-
lùm velim, quod tu vis, & quia
illud vis, ut, sicut omne malum
meum

meum non aliud fuit, quam
quidam recessus & separatio
tua optima voluntate, sic op
ne futurum bonum meum
satisfactio pro malis præteri
consistat deinceps ac inven
tur in perfectissimâ unione
cum divina tua voluntate.
particulari nunc accepto
bulationem N. N. quâ ad
nienda peccata mea, ad ex
cendam patientiam, humilit
tem & conformitatem con
divino tuo beneplacito, me
affligis, & etiam N. N. amico
meum, orans atque obsecra
te, ut me adjuves, aut in
movenda, ex parte mea, ma
causâ, peccatis scilicet, aut
colla

colligendis inde ijs virtutum
fructibus, quos desideras.

PRAXIS PER DIEM, &c.

I *N*omnibus rebus, quæ tibi vel
alijs eveniunt, quas vides, au-
dis, vel legis (solo peccato ex-
cepto) assuesce practicè, confestim,
(quasi oculis **DEUM** presen-
tem hac vel illa iubentem intuitus
esses) dicere: Domine, fiat vo-
luntas tua: *aut cum Iobo*: Sicut
Domino placuit, ita factum est,
Dominus dedit, sit nomen Do-
mini benedictum: *aut cum Helio*:
Dominus est, quod bonum est
in oculis suis, faciat: *vel*: sit er-
go **DEVS** benedictus, qui hoc
voluit, laudetur Dominus, si-

F ne

98 Praxis per diem, &c.

ne quo non factū est istud
Ita quoque dices, quando aliquis
domi frangitur aut destruitur
quando infirmitate aut morte
corripitur aliquis ex charis
quando negotium, lis, opus,
labor non eum, quem optabat
exitum sortitur; quando post
hibitam omnem debitam diligenti-
tiam, orationes, aut alia spiritalia
exercitia non bene succedunt
imò quando nec te in spiritu
desiderabas, proficere, nec ad
quos volebas emendari, aut per-
fectiores evadere animadverte-
In his alijsq; similibus casibus,
multa animi pace, conformata
voluntati Domini DEI, à quo
mediate dependent omnes successus

Speri sive adversi eventus sive animam sive corpus concernentes (excepto solo peccato) conformiter inscrutabilibus quidem, sed admirandis & justis ipsius judicijs.

INDUSTRIA VI.

Puræ Intentionis.

SExta est, quòd, sicut ratio dicitur, omne bonum, & quidquid tu alijs accipis, accipitis, & accepturi estis, tanquam beneficium ac donam à presenti DEO tuo, tanquam summo Principio profectum practice agnoscendum esse (ut supra dictum est) ita eadem ratio postulet, ut ad ipsum tanquam summum ac ultimum finem dirigas, illique offe-